699

# PROBLEMATA LEGALIA.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

# EX JURE UNIVERSO
## DECRETALIUM, DIGESTORUM, CODICIS, THEORICÆ PRAXIS CRIMINALIS, ET CIVILIS, NEC NON CONSVETVDINVM FEVDALIVM

*DECERPTA PROBLEMATA,*

*Quæ*

Publicè hinc, & indè; binis diebus, exhibet propugnanda,

NULLO ASSISTENTE,

**ANDREAS DANIEL BARBO**
**S. R. I. COMES A' WAXENSTEIN**
**CARNIOLVS LABACENSIS,**

*DUCALIS COLLEGII NOBILIUM PARMÆ CONVICTOR, ET INTER SELECTOS ARMORUM ACADEM. OBCÆCATVS.*

Auctore Excellentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Franciſco Bonvicino J. U. D. Prothouotario Apoſtolico, Priore, Examinatore, Judice Synodali, ac Viſitarore, Pœnitentiario, Sanctæ Inquiſitionis Conſultore, necnon in Patrio Parmenſi Gymnaſio publico Civili Imterprete Ordinario mane, & in eodem Collegio Nobilium Juris Civilis Lectore.

PARMÆ, MDCXCIV.

Ex Typographia Hæredum Galeatii Roſati.
*Superiorum conſenſu.*

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

IN=030004144

Sereniſsimo, Potentiſsimo,
ac Invictiſsimo

PRINCIPI AC DOMINO

# D. LEOPOLDO I.

ROMANORUM IMPERATORI

Auguſtiſsimo,

GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ,
DALMATIÆ, CROATIÆ,
SLAVOMIÆ, &c.

REGI,

ARCHIDUCI AUSTRIÆ, DUCI BURGONDIÆ,
BRABANTIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ CARNIOLIÆ,
LUXENBURGIÆ, WIRTENBERGIÆ, SUPERIORIS,
ET INFERIORIS SILESIÆ, PRINCIPI SUEVIÆ,
MARCHIONI S. R. I. BURGOVIÆ, MORAVIÆ,
SUPERIORIS, ET INFERIORIS LUSATIÆ,
COMITI HABSPURGI, TYROLEOS, FERRETI,
KYBURGI, GORITIÆ, DOMINO MARCHIÆ
SLAVONICÆ, PORTUS NAONIS,
ET SALINARUM, &c.

# AVGVSTISSIME CÆSAR.

QVamvis nihil in te non ſummum, nihil non maximum, IMPERATOR AVGVSTISSIME, duo tamen ſunt, quæ in te præ cæteris demiretur Vniverſus Orbis, Iuſtitiam videlicet, atque Clementiam. Virtus utraque digna CÆSARE, utraque AVSTRIACO CÆSARE, utraque LEOPOLDO CESARE digna, atque in eodem ter maxima. Et ſanè virtutis utriuſque miracula patefeciſti, vt ſæpiùs, tùm maximè, cum Præſtantiſſimos Principes, ac Duces Carnioliæ Prouinciæ præfeciſti. Quæ enim in illo Imperatore Iuſtitia, qui ſubditorum regimini Duces eligat probatiſſimos, morum, vitæque integritate, non ambitionis, fauoriſque ſuffragio commendatos? Aut, quæ in illo Imperatore Clementia, qui populorum ſuorum vitas, fortunaſque, ac domos,

viris

viris nonniſi humaniſſimis committat, ſibique ſimillimis? Hoc Vniverſo Orbi teſtatur, hoc tibi, ſibique gratulatur Carniolia, quod Prouinciis tuis eos Præſides nominaveris, qui non tàm GERMANI CÆSARIS Majeſtatem, quàm LEOPOLDI AVGVSTI Iuſtitiam referant, atque Clementiam. Harum ego contemplatione virtutum magni erigor in ſpem Patrocinii, mihique Problematum Legalium propugnationem polliceor auſpicatiſſimam. Præclarum, atque Imperatorium planè opus, non tàm leges â vitiorum incurſatione defendere, quàm Legum propugnatoribus patrocinari. Quôd Legibus adſis, vbi in diſcrimen vocantur, tua facit Iuſtitia, quòd Legum propugnatori non deſis, tua faciet Clementia. Patere igitur, aut, Iuſtiſſimus cum ſis, in partem defenſionis, aut in præſidium defenſoris, cum ſis Clementiſſimus, accerſiri. Ità futurum ſpero, vt dum IMPERATORI meo obſequor, de Provincia mea optimè merear: Fiet enim, ut, quæ illi dudum ſtudia, illiuſque Præſidum gloriæ, atque amplitudini conſecraveram, eadem Auguſti Nominis commendatione, ac pretio aucta, tandem voti compos exhibeam.

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆ MAIESTATIS TVÆ

*Humill. Addictiſ. & Obſequentiſ. Servus, & Cliens*

Andreas Daniel Barbo S. R. I. Comes à Waxenſtein

# EX DECRETALIBUS

## PROBLEMA I.

*An Lex Eccleſiaſtica ubique ſit promulganda, an verò duntaxat in Curia.*

VBique eſſe promulgandam docet *Gloſſ. in cap. cognoſcentes, de conſtit. textus in auth. ut factæ novæ conſtitutiones, textus in l. leges Sacratiſſimæ C. de legibus.*

Contrarium ſuadet *textus in cap. 1. de poſtulatione Prælatorum.*

## PROELEMA II.

*An ſede vacante, Cœtus Cardinalium poſſit Conſtitutionem condere.*

NEgantium eſt *textus in Clement. ne Romani, de elect. in* 6. Affirmantium, in *cap. jis, quæ, de maiorit. & obedient. cap. cum olim, eod. tit. in 6.* Argumentum à fortiori.

## PROBLEMA III.

*An Conſtitutionum acceptatio à populo ſit neceſſariæ ad hoc, ut obliget.*

PRo negativa ſtat *càp. erit, diſtinct.* 5. *ſi ille, diſtinct.* 50. *cap. omnes, diſtinct.* 22.

Pro affirmativa *textus in cap. iſtis, diſtinct.* 4 *in l. de quibus, ff. de legibus*

## PROELEMA IV.

*An ſi electio fiat à majori parte de perſona alterius Eccleſiæ; à minori verò de perſona ejuſdem, ſuſtineatur electio minoris partis, vel majoris.*

SUſtinendam partis majoris electionem probatur per *cap. Metropolitano, diſtinct.* 63. *& cap. unum, diſtinct.* 25.

 Suſti-

Suſtinendam minoris partis electionem probatur per *cap. Sacrorum diſtinct.* 63.

## PROBLEMA V.

*An valeat renunciatio beneficii in manu laici.*

PRo affirmativa facit *cap. ad audientiam, de his, quæ vi, met. cauſa fiunt, & totus titulus de renunciat.*

Pro negativa facit *cap. non oportet, 7. quæſt. 1. & totus ticulus de renunciatione.*

## PROBLEMA VI.

*An tempus, intra quod Prælatus debet providere de Eccleſia, currat à die ſcieutiæ vacationis, an ab ipſa vacatione de momento in momentum.*

A' Die ſcientiæ vacationis ſuſtinetur *per text. in cap. quia diverſitatem, de conceſſione Præbendæ, & in cap. licet, de ſupplenda neglig. Prælat.* in *cap. nos quidem, de teſtib. & denique in cap. nulla, de conceſſione Præbendæ.*

Contrarium ſuſtinetur per *textum in L. fin. C. qui admitti.*

## PROBLEMA VII.

*An ignoranter ordinatus ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renunciavit, egeat diſpenſatione pro ordinis executione.*

NEgatur *per l. error, & L. regula ff. de Jur. & facti ignor.*

Affiirmatur à paritate *capituli ſtatuimus p. quæſt. 1. & per cap. Lugdunenſi 9. quæſt. 2.*

## PROBLEMA VIII.

*An irregularitas contracta ex deffectu natalium tollatur per ſolum ingreſſum religionis, an verò requiratur ſolemnis profeſſio in ea.*

SUfficit ingreſſus per *textum in cap. 1. de filiis Presbyt. cap. 1. diſtinct. 56. & per gloſ. in cap. 1. hoc tit.*

Non ſufficit, & requiritur ſolemnis profeſſio *per text. ne fraudibus aperiatur via. cap. commiſſa, de elect. in 6. ne ad novitios extendatur contra cap. monaſterii 19. quæſt. 3.*

## PROBLEMA IX.

*An ſic ingreſſi, & profeſſi ab irregularitate diſpenſati, cenſeantur diſpenſati in ordine ad prælaturas, & dignitates.*

AFfirmativa comprobatur per *textum in cap. eorum, 11. quæſt. 3. L. verius ff. de probationibus.*

Rejicitur per *text. in cap. 1. de Fil. Presbyt. & cap. ult. eod. tit.* & juxta Bullam Sixti IV.

## PROBLEMA X.

*An ſi delegatur cauſa e. g. Vicario, ipſo mortuo, cenſeatur delegata ſucceſſori.*

NOn Cenſetur delegata *per cap. ad abolendam, de Hæreticis.*
Cenſetur per *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.*

## PROBLEMA XI.

*An ſi cauſa committatur Canonico, qui poſtea deſierit eſſe canonicus, poſſit nihilominus in cognitione cauſæ proſequi.*

AFfirmant aliqui, diverſis rationibus pugnantes.
Negant alii.

## PROBLEMA XII.

*An in laicum tanquam in amicabilem compoſitorem, de re ſpirituali poſſit compromitti.*

NEgativa fundatur in *cap. contingit, de arbitris cap. 2. de Judic. cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælatis.*

Affirmativa fundatur in Gloſſ. *in cap. 2. de Judic. cap. 1. de Procuratoribus in 6.*

## PROBLEMA XIII.

*An Epiſcopus poſſit indicere diem feſtum abſque populi conſenſu.*

AD negativam movet argumentum in *cap. in iſtis, diſtinct. 4. & l. de quibus ff. de Legibus.*

Ad Affirmativam movet *cap. cum ſit, de foro competenti, cap. novit, de Judic.*

## PROBLEMA XIV.

*An Princeps ſæcularis poſſit indicere dies feſtos, etiam ſolùm in ordine ad Judicium.*

FAvorabilis Principi eſt lex *fin. C. de legibus: textus in cap. Capellanus hoc tit.*

Contraria videtur *Clementina unic. de reliq, & cap. cum ad curam, diſtinct. 69. cap. ſolitè, de majorit. & obed.*

## PROBLEMA XV.

*An reſidentia Epiſcoporum, & Parochorum ſit de Jure divino, an verò de Jure Pontificio.*

PRo Jure divino ſtat. *Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. Evangelicum illud dictum: Attendite vobis, &c. text. in cap. ſuggeſtum 7. quæſt. 1.*

Pro Jure Pontificio faciunt *Trident. capit. 1. ſeſſ. 21. cap. de mult. de Præbent. cap. dudum, de elect. Clement. ſi plures, de Præbend. cap. cum ex eo, de elect. in 6. cap. decreto cum cap. ſequenti, 2. quæſt. 6. cap. Sacroſancta omnes diſtinct. 22.*

## PROBLEMA XVI.

*An Epiſcopus in collatione beneficii poſſit imponere penſiones.*

POſſe conſtat *ex cap. vacante, de præbend. & dignit. cap. ad audientiam, de reſcript. cap. cum querente, de cleric. non reſident. cap. quamvis, de præbendis cap. conſtitutus, de religioſ. Domib.*

Non poſſe deducitur *ex cap. prohibemus, de cenſibus.*

# *Ex Rubr. ff. de officio ejus, cui mandata eſt Iuriſdictio.*

## PROBLEMA XVII.

*An morte mandatis, delegati expiret Juriſdictio.*

VAlet pro negativa *L. cum precario ff. de precario, l. Lucius ff. de donat. argumentum a paritate legis, hoc Jure S ſi quis dederit ff. de donat. argumentum captuli, ſi ſuper, de offic. & poteſt. Judic. delegati in 6. cap. legatum, de off. delegati in 6.*

Pro

Pro affirmativa valet. *l. p. §. qui mandatam ff. de off ejus.*

# PROBLEMA XVIII.

*An acta à delegato ignorante mortem delegantis, ante cæptum Judicium facta, valeant.*

QUòd valeant, teſtantur *textus in cap. cum veniſſent, de teſt. l. Barbarius ff. de officio Prætor. Clement. 1. de renunciat. benef. l. ſi forte, ff. de off. Præſid. l. ſi mandarem ff. mandati.*

Quod non valeant, demonſtrare videntur *textus in cap. fin. de Procurator. in 6. l. ſi per errorem ff. de Juriſdict. omn. Jud. l. quocumq ff. ſi quis Jus dicent. l. ſi quis aliena, ff. de Judic.*

# PROBLEMA XIX.

*An Juriſdictio ordinaria ſit potentior, & firmior delegata.*

ORdinariam extollunt *textus in l. ſolet, ff. de off. Proconſ. & legat. l. 1. de offic. ejus l. in cauſa, §. ult. ff. de minor.*

Contrarium dicunt *textus in cap. uno delegatorum, de off. & poteſt. Judic. deleg. & alia.*

# PROBLEMA XX.

*An actio legis, in qua nulla cognitio cauſæ deſideratur, ſed ea de plano expediri debet, mandari poſſit.*

AFfirmari videtur, juxta paritatem deſumptam *à lege apud Proconſulem, ff. de manu vind. juxta legem 1. ff. de off. ejus: legem 2. C. de off. ejus.*

Negari debere exiſtimatur *per l. 3. ff. de off. Proconſ. & legat. l. nemo alieno ff. de regul. Jur.*

# *Ex Rubr. ff. De rebus creditis ſi certum petatur.*

## PROBLEMA XXI.

*An actionum genera ſint duo, an quatuor.*

DUo ſolùm præſcribuntur genera actionum *in §. 1. Inſtit. tit. de action. in l. actionum genera ff. de oblig. & action. in rem ſcilicet, & in perſonam*; reliqua identificantur his duobus *l. 1. ff. fin. reg. l. 3. §. eſt autem perſonalis, ff. ad exhibendum.*

Alia duo genera, præter dicta, arguuntur *ex §. quadam Inſtit. tit. de actionib. ex l. metu, §. cum autem, ff. quod metus cauſa, & ex differentia horum ab illis, deſumpta ex tit. Inſtit. de action. ex l. triplici ff. de verb. obl. l. ult. ff. de muner. & honor.*

## PROBLEMA XXII.

*An qui mutuò aureos nummos accepit, poſſit creditori invito eorum æſtimationem in alia materia reſtituere.*

NEgatur *per l. 2 §. 1. ff. ſi certùm pet.*
Affirmantur *per l. 1. ff. de contrah. empt. l. Paulus ff. de ſolution.*

## PROBLEMA XXIII.

*An ſi deterior, vel melior fiat pecunia in bonitate intrinſeca, nec tamen mutetur extrinſeca, utrum damnum, vel lucrum ſit debitoris, an verò creditoris.*

DAmnum, & lucrum pertinere ad creditorem deſumitur *ex l. Paulus, ff. de ſolut. l. 1. ff. de contr. emp. l ſi is, cui ff. de ſolut. l. quæ extrinſecus ff. de Verb. obl. l. cum certum ff. de auro, & argento legato: ex Plinio lib. 33. cap. 3 & Saluſtio in Catillinam.*

Spectandum tempus contractus & ſic aut lucrum, aut damnum eſſe debitori habetur *per cap cum Canonicis, de cenſibus, l cum quid ff ſi cert. pet. l. p, C. de vet. numm. pot. lib. 11, l, 2, C, de ponderib, lib, 10.*

## PROBLEMA XXIV.

*An mutuum conſiſtat inter Patrem, & Filium exiſtentem in poteſtate.*

SErmo eſt de peculio profectitio: negativam putamus per *l. certum C. famil. erciſcund. per argumentum l. ſi venditor §. ſed & ſi pupillus ff. de in diem addict.*

Contrarium putamus *ex l. frater à fratre §. quæſitum ff. de condict. indeb.*

# *Ex Rubr. ff. de ſolut. Matrim. Dos quemadmodum petatur.*

## PROBLEMA XXV.

*An ratione publicæ, vel privatæ utilitatis, doti privilegia fuerint conceſſa.*

PUblicam eſſe utilitatem dotis privilegii cauſam prægnoſcitur *ex l. aſſiduis C. qui potiores, ex l. 11. ff. ſolut. matrim. l. 2. ff. de fund. d. t.*

Privata aſſignatur utilitas ut cauſa privilegii *per l. 1. ff. ſolutò matrim. cap. cum contingat. de jureiur. l. unica §. cum autem C. de rei uxoriæ act.*

## PROBLEMA XXVI.

*An mulier ſterilis dotalibus fruatur privilegiis.*

SUſtinetur mulieris favor per *l. aſſiduis C. qui potiores, per argumentum Legis nam ad ea, ff. de legib.*

Rejicitur *per cap. recurrat 32. quæſt. 4. per argumentum deſumptum ex cap. cum Ceſſante, de appellat.*

## PROBLEMA XXVII.

*An Dos in dubio intelligatur conſtituta.*

INtelligitur per *l. 1 ff. ſolut. matr.*

Non intelligitur conſtituta *per l. doce ancillam C. de reivendic.*

## PROBLEMA XXVIII.

*An dos dici poſſit congrua, quæ eſt minor legitima.*

DIci non poteſt congrua ſecundum *textum in §. quamobrem Auth. ſi qua mulier C. de Sacroſanct Eccleſ. cap. ult, 11. queſt. 4. l. quoniam novella C. de in off teſt.*

Dici poteſt *per text. in l. quoniam novella C. de in off. teſt. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. l. ult. C. de dotis promiſſ. l. 1. §. ſi impuberi ff. de coll. bonor. l. ſi quando, C. de inoff. teſt.*

# *Ex Rubr. ff. de Legatis p.*

## PROBLEMA XXIX.

*An omiſſio legati deſtinati vitiet teſtamentum.*

VItiat *per textus in l. ſi quis cum teſtam ff. de teſtam. l furioſum C. qui teſtam. facere poſſ. l in teſtamentis C de teſtamentis l. cum Syllanianum, C. de his quibus ut ind. l. 1. §. quandoque legatarius, ff. de hared. inſtit.*

Non vitiat *per text. in l. jubemus §. quod ſi non fuerit C. de teſtam. l cum pater §. fin. ff de legatis ſecundo. l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit. §. ante hared. inſtit. tit. de legat. l. quod per manus, ff. de Jure codicillor. & à paritate legis 3. ff. de milit. teſtam.*

## PROBLEMA XXX.

*An falſa teſtatoris opinio vitiet legatum.*

TEſtatoris opinionem ſolam inſpiciendam, non veritatem, habetur *ex l. quo loco, §. 1. ff. de hared. inſtit. ex l. ſervo manumiſſo, ff. de condict. indeb.*

Veritatem protegunt, atque adeò quod falſa opinio vitiet factum *lex item ſi cum putavi §. ult. ff. de negotiis geſtis l. regula, § qui ignoravit, ff. de regul jur. l. eam quam C. de fidei comm l. nec apud, C. de hared. inſtit. l ſi pater tuus, eod. tit. l. ult. ff. de hared. inſtit. l. ſervo manumiſſo, ff. de condict. indeb.*

## PROBLEMA XXXI.

*An libertatis datio directa in teſtamento ſit propriè legatum.*

NOn eſſe legatum arguitur *ex l. verbis, legis, ff de verbor. ſignif. & ex §. libertas, Inſtit. tit. de ſingul. reb. per fideicomm. relict.*

Eſſe legatum dicitur *juxta §. 1. Inſtit tit. de teſtam. l. libertates, ff. de manumiſſ. l. directas C. de teſt. manumiſſ. l. cum in ſubſtitutione ff. de legat. 3.*

## PROBLEMA XXXII.

*An ſi res Eccleſiæ ſit legata, ejus æſtimatio debeatur.*

ÆStimationem non deberi patere videtur ex *argumento cap. filius de teſt. l. apud Julianum, §. conſtat. ff. de legat. primo.*

Affirmativam docet *cap. cum ceſſante, de appellat.*

# *Ad Rubric. & leges ff. de novi operis nunciat.*

## PROBLEMA XXXIII.

*An uſufructuarius nomine proprio novum opus nunciare poſſit.*

QUidã affirmant, fundantes ſe in paritate deſumpta *à lege ſi uſusfructus ff. de aqua pluvia arcenda, l. locum, ff. de uſufruct. l. item ff ad leg aquil. l. ſi quis ſervum, § ſi ſervo, ff. de ſervo corrupto.*

Quidam contrarium ſtatuunt ſupra *l. p §. fin. de uſufructu l. unic. §. item Juliano, ff de remiſſ. l. 1. in fin. hoc. tit.*

## PROBLEMA XXXIV.

*An minor, qui ſpreta nunciatione, ædiſicavit, teneatur opus demoliri, juxta pœnam regularem interdicti; an verò reſtituatur in integrum.*

MInorem pœnæ ſubjacere vult *l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor. l. ait Pretor. § ſi quis particeps, ff. quæ in fraud. credit. l. ſi fundum, C. de reivindicat.*

Reſtitutio in integrum competit minori *ex l. 1. C. ſi adverſus delictum l. minor ff. de minorib. l. ubi exigitur ff. de edenda*

## PROBLEMA XXXV.

*An ſocio nunciaturo ſit neceſſaria ſimultas totius ſocietatis.*

SOli ſocio nunciare permittitur à contrario ſenſu *legis primæ C. res inter alias acta*, *& per l. 1. §. Juris ff. hoc tit.*

Neceſſariam ei ſimultatem ſocietatis eſſe exiſtimatur argumento legis *provinciali ff. hoc tit. L. præter §. 1. l. ſtipulati ff. hoc tit.*

## PROBLEMA XXXVI.

*An ſumptus, à ſocio facti, ejus portioni, vel ſocietati debeant imputari, ad explicationem legis in provinciali ff. de operis novi nunciatione.*

CRedunt quidam ſocietati eſſe imputandos per *l. ſi unus ex ſociis ff. pro ſocio l. ſi fratres ult. ff. pro ſocio. §. Papinianus, & §. ſocius univerſa, ibid. L. cum duobus §. quidam, eod. tit.*

Contrarium ſuadent alii per *l. cum duobus, l. adeo, ff. pro ſocio, l. 3. §. ult. ff. de numer. & honor. l. cum duobus, §. quidam verſic. ſed & ſi quid l. ſocium qui in eo, ff. pro ſocio.*

# *Ad Rubr. & leges ff. de acquir. & amittenda poſſeſſione.*

## PROBLEMA XXXVII.

*An remedium recuperandæ poſſeſſionis poſſit intentari contra tertium poſſeſſorem, qui habet bonam fidem, ac Juſtum titulum.*

POſſe remedio recuperandæ poſſeſſionis agi aſſerit *textus in cap. Epiſcopi 3. quæſt. 5. cap. in litteris, de reſtit. ſpoliat, l. ſi quis in tantum C. unde vi.*

Non paſſe tradit *textus in l. 7. ff. de vi, & vi armata, argumentum l. 1. ff. ad Trebel. cap. 18. de reſtit. ſpoliat.*

## PROBLEMA XXXVIII.

*An poſſeſſio acquiratur hæredi, ſi colonus nomine ejus in poſſeſſione continuavit.*

AFfirmativa roboratur *per l. cum à matre, C. de rei vindicat l. qui à ſervo ff. de action. & oblig.*

Negativa ſuſtinetur *per l. cum heredes, ff. de acquir. poſſeſſ. l. univerſitas, §. quod per colonum, eod. tit. l. communis ſervus, §. p. ff. de acquir. poſſeſſ.*

## PROBLEMA XXXIX.

*An poſſeſſio ſit Juris, vel facti.*

Eſt juris *per text. in l. peregrè, ff. hoc tit. l. ſi ea res, ff. de actione empti. in l. ideo minus, C. de liberis, in l. nemo, C. hoc tit. l. ſi cum quis, ff. de donat. inter vir & uxor. l. ſi ſtipulatio iſta §. hac quoque ſtipulatio, ff. de verbor. oblig.*

Eſt facti *per l. illa inſtitutio, §. 1. ff. de hered. inſtit. l. cum heredes §. 1. ff hoc tit. l. 3. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. l. 1. §. Scevola ff. ſi is qui, l. illum, qui ad nundinas, ff. hoc tit.*

## PROBLEMA XXXX.

*An creditor ſit verus poſſeſſor Pignoris.*

Non eſt verus poſſeſſor *per l. quacumque §. 1. ff. de publ. in rem act. l. ſciendum, §. creditor, ff. qui ſatiſd. cogant. l. poſſideri, §. in contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Verus poſſeſſor eſt *per text. in l. ſi is qui, §. 1. in l. grege, §. & in ſuperficiariis, ff. de pignor. l. ſi quis, ff. de noxali, in l. ult. ff. de uſucap. l. res pignoris, ff. hoc tit. l. non ſolum §. ſi rem pignori, ff. de uſucap. l. quacumque, l. ſi ſervum, ff. de pignor. act.*

# *Ex Rubr. ff. de Verbor. oblig.*

## PROBLEMA XXXXI.

*An valeat ſtipulatio contracta ob trupem cauſam.*

Nullam obtinet valorem *à l. ſi unus, §. illud., ff. de pactis l. conveniri, ff. de pactis dotal. l. ſi plagii ff. de verbor. oblig. l. ut juris gentium, §. ſi ut maleficium, ff. de pactis.*

Valorem tribuit ſtipulationi *lex ſi ob turpem cauſam, ff. de condit ob turp. cau. paritas deſumpta à l. 2. ff. de dot. except. §. circa, l. juris gentium. §. & generaliter, ff. de pactis.*

# PROBLEMA XXXXII.

*An ſi quis promiſſerit ſtipulando, ſe curaturum cum effectu, ut alius faciat, liber remaneat, ſi omnem diligentiam adhibuit poſſibilem.*

ADhuc teneri promiſſorem deſumitur *ex l. in fundo ff de rei vindic. argumento. §. ſi quis alium, de mut. ſtipul. à paritate l. ſancimus, C. de fideiuſſ. ex l. qui autem, §. ſed, & ſi quis, ff. de conſtit. pecun.*

Non teneri putatur *ex l. ſemper, de regul. juris l. ult. C. quæ res pignor oblig. poſſ. argumento l. cum de in debito, ff. de probat. l. ſi quis alium §. ſtipulatio, ff. de collat. bonor. l. ſi duo, § ait Prætor, ff. de conſtit. l. vehenda, §. idem juris, ff. ad leg. Rhodi, de jact. l. divertio, ff. de negot. geſt.*

# PROBLEMA XXXXIII.

*An ex pacto procuratoris domino ſaltem utilis actio acquiratur.*

ACquiritur *per text. in l. in cauſa, §. fin. ff. de procurat. l. Julianus §. procurator, ff. de act. l. procurator, ff. de procurat.*

Non acquiritur per *text. in l. 1. C. per quas perſonas nobis acquir. l. ſolutum, ff. de pignorat. act. l. ſtipulatio, ff. de verb. oblig.*

# PROBLEMA XXXXIV.

*An ſtipulatio ſit contractus verè, & propriè.*

PRo affirmativa pugnat *textus in l. contractus, C. de fide inſtrum. l. 1. C. ut actio ab hæred. l. eandem, ff. de duobus reis, §. hæres quoq. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc. Juſtin. in principio tit. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc. l. ſi donationes, C. quod metus cauſa l. 1. §. ſi ſtipulanti, l. inter ſtipulantem, ff. de verb. oblig.*

Contrarium defendunt *textus in l. Labeo, §. contractum, ff de verb. ſign. in l. 5. §. Conventionales ff. de verb.* oblig. l. 1. l. *an utilis, ff. de acceptil.*

# Ex Rub. C. de edendo.

## PROBLEMA XXXXV.

*An ſicuti fiſco edendum eſt in civilibus, ſit etiam edendum in criminalibus.*

FIſco non eſſe edendum in criminalibus, probatur *ex l. qui accuſare C. de edendo.*

Eſſe edendum probatur *ex l. ita vulneratus ff. ad leg. aquil.*

## PROBLEMA XXXXVI.

*An judex, qui abſolvit à juramento, efficiatur judex competens ex cauſa principali.*

AFfirmativa placet, fundata *in l. ordinari, C de rei vindic. l. tolli C. de Judic. l. 4. C. ubi cauſ. fiſci, l. 1. C de Juriſdict. omn. jud. cap. ult. de foro compet. in 6.*

Contraria vim habet *in l. ſi quis ſciens, ff. de rei vindic. l. 1. C. ad exhib. l. 2. C ubi, & apud quem.*

## PROBLEMA XXXXVII.

*An privata ſcriptura fidem faciat contra ſcribentem.*

PRo negativa militat *textus in l. nuda ratio, l. abſenti, ff. de donat. l. ſi certum. §. ſi quis de confeſſ. §. ſi ſcript de inutil. ſtipul. §. ſi tamen, Auth. de inſtrum & fidelit. l. 5 de probat. Clem 1. § certum, de uſuris.*

Affirmativa ſtatuitur *per l 1. hoc tit. l. publica §. 1. ff. depoſiti: per l. nuda ratio, l. de ætate, §. fin. ff. de interrog act. l. nemo poteſt. mutare, ff. de regul. Juris, l. 2. §. tutele, ff. de adminiſtrat. Tutor. l. non putavit §. ſi quis, ff. de bonor poſſeſſ.*

## PROBLEMA XXXXVIII.

*An Judicium incipiat à litis conteſtatione, an verò ab in jus vocatione.*

INcipit ab in jus vocatione *per text. in §. ult. de pœn. temer litigant. l. 1 ff. de interrog. act l voluit, in principio, l. ſi defenſor, ff. eodem.*

Incipit à litis conteſtatione *per text. in l. amplius, ff rem ratam haberi, l. unica, C. de plus petit. l. 1. C. de litis conteſt. l. apertiſſimi, C. de Judic.*

# *Ex Rubr. C. qui admitti.*

## PROBLEMA IL.

*An bonorum poſſeſſio, ut exlegibus, ſit juris civilis, an Prætorii.*

ESſe juris civilis facit *textus in* §. *qua autem de bonor. poſſeſſ. l. unica ff. ut ex legib. l.* 2. §. *ult. ff. unde leg. l. in eorum*, §. 1 *ff. quod cujuſq;*
Eſſe prætorium ſtat *per Dictum Juſtiniani noſtris in principio tituli Inſtitut. de bonor. poſſeſſ.* §, 7. *Inſtit. tit. de bonor. poſſeſſ. l. ſed & ejus*, §. 1. *ff. famil Erciſc.*

## PROBLEMA L.

*An is, qui agnovit bonorum poſſeſſionem, teneatur probare ſe illam agnoviſſe in tempore.*

NOn tenetur *per l. non hoc, C. unde legit. l.* 4. *C. de in integr. reſtit. l. quoties, ff. de rebus dubiis, l. verius, ff. de probat.*
Tenetur *per l. licèt Imperator, ff. de legatis primo: Gloſ. in l. cum actum, ff. de negot. geſt.* §. *commodum, de interdict.* §. *ult. de bonor. poſſ. l. ult. C. de arbitr. tut.*

## PROBLEMA LI.

*An is, qui intentavit poſſeſſoriam hæreditatis petitionem, videatur eo ipſo bonorum poſſeſſionem agnoſcere.*

AGnoſcere videtur *argumento l. ad legatum, l. ad rem mobilem, ff. de procurat. l.* 2. *ff. de Juriſdict. omn. Judic.*
Non videtur agnoſcere *per text. in l.* 1. *ff. unde legit.*

## PROBLEMA LII.

*An bonorum poſſeſſio ſit jus, quo, vel propter quod.*

ESt jus quo *per text. in* §. 1. *de uſufr.* §. 1. *de act.* §. *de his, per quas perſonas nobis acquir.*
Quod ſit jus, propter quod, *eſt textus in l. hæreditates, ff. de verb. ſign. l.* 1. *ff. quod quiſque juris, l. ult. ff. de legib. l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. dominio.*

# *Ex Iudiciis Civilibus.*

## PROBLEMA LIII.

*An ex ſententia Judicis dominium transferatur.*

TRansfertur dominium *per l. ſi ab cauſam. C. de evict. §. ult. de of. fic. Judic.*

Non transfertur *per §. ſi itaque diſcretis de act. l. ex diverſo, §. 1. de rei vindic. l. Pomponius, §. ſed, & is, ff. de Procurat.*

## PROBLEMA LIV.

*An dies aſſignationis termini ſit computandus in termino.*

COmputatur *per l. 3. §. minorem, ff. de minor. l. 2. §. biduum ff. quando appell. l. 1. C. de dilation. l. 2. C. de temp. appell.*

Non computatur *per novell. 23. cap. p. de reſtit. ſpoliat. in 6. & cap. 1. de except.*

## PROBLEMA LV.

*An Judex ordinarius poſſit recuſari.*

NEgat *textus in Auth. ſi verò, C. de Judic. l. 1. ff. de in jus vocandò.*

Probat *affirmativè textus in cap. cum ſpeciali, de appellat. l. apertiſſimi, C. de Judic. in l. 17. ff de Judic. l. 9. ff. de liberali cauſ. l. nemo, C. de Juriſdict. Auth. conſequenter C. de ſent. & interlocut. omn. Judic.*

## PROBLEMA LVI.

*An Judex teneatur ſecundum acta, & probata, an potius ſecundum conſcientiam ſuam pronunciare.*

PRobata, & allegata conſcientiæ præferenda ſunt in ſententiis ſecundum *textus in l. illicitas, §. veritas, ff. de officio præſid. l. Barbarius, ff. de off. præt. cap. 1. de re judic. in 6. l. paſtoralis, §. quia verò, ff. de off. delegat.*

Conſcientiam attendendam exhortantur, & pronunciãt *textus in cap. p. de re judic. in 6. Clement. 1. §. verum, de hæret. Deuteron. 7. Exod. 23. cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi, l. 3. §. 1. verſ. ejuſdem, ff de teſt. cap. 1. de crimine falſ. l. ult. C. de rei vindicat. l. his autem, & cap. primum 2. quæſt. 7. auth. hodie C. de Judic.*

# PROBLEMA LVII.

*An tempus inſtantiæ poſſit prolongari partium conventione.*

PRolongari non poteſt *per text. in l. properandum, §. 1. C. de Judic.* Poteſt *per l penult. C. de pact. l 1. ff. de feriis, l. 6. C. de temp. appell. cap. quandiu. de appellat. in 6.*

# PROBLEMA LVIII.

*An creditores poſteriores hypotecarii ex cauſa oneroſa præferantur creditoribus anterioribus etiam hypotecarii ex cauſa lucrativa.*

CAuſa lucrativa ſibi ipſi non præjudicat *per l. 2. C. de jure fiſci l. 2. C. qui potior.*

Poſtponitur cauſæ oneroſæ licèt anterior, *per l. ſi cui, C. de non numer. pecun l. ult. de acquir. poſſeſſ. l. ult. C. de codicill. l. ſcimus §. licentia, C. de jure deliber.*

## *Ex Iudicis Criminalibus.*

# PROBLEMA LIX.

*An actio furti criminalis conſumat Civilem.*

AFfirmativa fundatur *in l. 56 § 1. ff. de furt. l. ſenatus ff. de accuſat. Contraria fundatur in l. ult. ff. de furt. Auth. ſed novo jure. C. de ſervo fugit. l. quod. C. de injur. l. prætor. edixit, §. ſi dicatur, ff. eod. tit.*

# PROBLEMA LX.

*An ſi plures rem eandem furto ſuſtulerint, ſinguli inſolidum pænam perſolvere teneantur, an verò dumtaxat univerſi.*

A ſingulis pæna inſolidum exigitur *per l. ſi familia, ff. de Juriſdict. omn Jud. l. 34. de injur. l. 1. C. de condict. furt. l. 15. §. 2. ff. vi aut clam l. ſi ſeruum, ff. de interrog. act.*

Univerſos ſubiicit inſolidum *l. 21. §. 9. ff. de furt. l. ſi in fine ff ad leg. aquil.*

# PROBLEMA LXI.

*An effluxio ſanguinis ex cadavere interfecti faciat indicium ad torturam.*

NOn videtur facere indicium *per l. milites, §. oportet, C. de quaſt.* Immo videtur facere *per cap. quam ſit, de elect. in 6. cap. 1. de ætate, & qual.*

# PROBLEMA LXII.

*An furioſus propter delictum ante furorem commiſſum, dum furit, puniri poſſit.*

NOn eſt addenda afflictio afflictis, *l. 6. ff. de jure dot. l. 14. ff. de off. Præſid. l. qui ſententia C. de pœnis.*

Poſſe addi fatetur *textus in l. 7. §. 5. C. de curat. furioſ. l. 14. ff. de off. Præſid. l. 18. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris.*

# PROBLEMA XLIII.

*An in bonorum confiſcatione ſecuta ob delictum comprehendantur bona futura.*

NEgativam ſuadet *textus in l. ſi mandavero tibi §. is unus ff. de mand. l. certa forma C. de jure fiſci.*

Affirmativam amplectitur *textus in l. 1. C. de bonis damnat.*

# PROBLEMA LXIV.

*An aſſertio vulnerati in articulo mortis indicium faciat ad torturam.*

ULtimæ huic aſſertioni fovet *textus in l. ult. C ad leg.* Contrarius eſt *textus in l. ſi quis gravi, §. ſi quis moriens, ff ad Syllanian.*

# *Ex Conſuetudinibus feudalibus.*

## PROBLEMA XLV.

*An Pater uſumfructum bonorum feudalium filii, quem in poteſtate habet, poſſit ſibi vendicare.*

SIbi vendicare poteſt per regulam *l. ſi oportet*, *C. de bonis quæ liber. cap. 1. an agnatus vel fil.*

Excipiuntur feudalia *argumento cap. in quib. cauſ. feud. amitt. l. 1. de ſucceſſ. feud.*

## PROBLEMA LXVI.

*An feudum locari poſſit.*

PRo affirmativa *facit tit. 23. lib. 2. Feudor. §. 1. Inſtit. tit. de uſu, & habet.*

Pro negativa ſtat *text. in tit. Inſtit. de uſufruct. cap. 1. tit. 9. lib. 2. Feudor.*

## PROBLEMA LXVII.

*An conceſſa Vaſſallo facultate teſtandi de feudo, intelligatur remiſſa ſolemnitatum adhibitio.*

REmittuntur ei *per l. ſi quando, ff. de legat. p.*

Obſervandæ ſunt *per text. in l. ſi quando, C. de inoff. teſtam.*

## PROBLEMA LXVIII.

*An talis conceſſio ad primum duntaxat reſtringatur teſtamentum.*

REſtringitur ad primum *per text. in l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignif. paritate deſumpta.*

Ampliatur etiam ad alia, argumento deducto *à l. 4. de adim. leg. l. omnium, C. de teſt.*

## PROBLEMA LXIX.

*An fœminæ in feudo emptitio ſuccedant.*

NOn ſuccedunt per regulam communem *cap. 1. §. & qui, de his qui feud. dar. poſſ.*

Suc-

Succedunt *per cap. 1. de feud fam. argumentum l. veteris, C. de contrah, & omitt. ſtipul. l ſi pactum, ff. de prob.*

## PROBLEMA LXX.

*An quando Vaſſallus ceſſat à præſtatione annui cenſus, feudo privetur.*

NEgativam docet *text. in cap. licèt ſi de feud. controver. fuerit inter Dom. & agnat. l. in civile C. de rei vindic. l. non idcirco, C. de reſcind. vendit.*

Affirmativam ſuadet *textus in cap. de feud cognit. à paritate, l. 2. C. de jure emphiteut. Cap. ad Apoſtolica de re judicata 6. à pari l. ult. C. de revocand. donat. §. prædictis modis quæ fuerit prima cauſa beneficii amittendi.*

*Sequens Problema refertur ad titulum de Legatis, quod per errorem impreſſionis hìc adjungi debuit.*

## PROBLEMA LXXI.

*An verbum* lego *adjectum rei univerſali, nullo coexiſtente alio hærede; importet Inſtitutionem, an ſimplex legatum.*

IMportat *per l. verbis legis, ff. de verb.*
Non importat *per l. verbis legis, ff. de Verb. ſing.*

## FINIS.

Diſputabuntur publicè in Ducali Collegio Nobilium Parmæ, Anno 1694. Menſe

Die Hora